Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8161
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et nudis pedibus in nive ante castellum diu
stetit donec veniam meruit et graciam pape
obtinuit. Hic papa quendam episcopum symoniacum sibi
accusatum citavit. Quem sibi presentatum iussit
dicere Gloria patri et filio et spiritui sancto. Qui spiritum sanctum
nunquam pronunciare potuit donec peccatum
symonie quod commiserat publice confessus fuit.
Victor tercius papa anno domini M° lxxxv°
sedit annum unum menses iiii. Hic vene-
no in calice misso extinctus fuit sicut scismaticus.
Urbanus secundus papa anno domini M° lxxxvi
sedit annos xi menses iiii. Hic mandavit
illis placentinis prefacionem de beata virgine:
Et te in veneratione beate marie semper virginis,
quam ipse composuit dictatavit. Constituit in missis
de beata virgine cuius ipse officium non impediret
et horas beate virginis cottidie in ecclesia constituit
dici. Et ut nullus ad primam recipiat sub
dictum alterius sacerdotis nisi in casibus expressis
iure. Eo tempore incepit ordo Cartusiensis.
Paschalis secundus papa anno domini M° xcviii
sedit annos xviii menses v. Hic Heinricum
quartum imperatorem quia presumpsit presidens [?] de in-
vestitura episcoporum [illegible] nullatenus intromitteret
sed Romam veniens cum ira de-
bet papam cum cardinalibus captivavit.
Quos tamen postea ad tempus tenens ipsos ab-
solvit a captivitate et tandem regalia coronam
imperialem a papa recepit iuramento a papa.

Item non nominatur bene scripsit beate virginis [?]